



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephvs hoc est, Sanctissimi Educatoris Christi Dom.
Deiq. nostri in Terris apparentis, ac Æternæ Virginis
Mariæ Sponsi Vitæ Historia**

Stengel, Carl

Monaci, MDCXVI.

Cap. VII. D. Iosephus circumciso Infantulo SS. Nomen Iesv imponit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42004

nifestare vellet, solum obtinuit à tergo illum sub quadam apparente humanâ specie prospicere:

Posteriora mea videbis, faciem autem Exod. 33.

meam videre non poteris. At Iose-

pho non à tergo solùm illum vi-

dere, sed & vultum intueri, exo-

sculari, & alitorem omnium ale-

re fuit concessum; adeò, vt illi e-

idem, de quo cecinit regius Va-

res: *Omnia à te expectant, vt des illis Psal. 103*

escam in tempore: & rursus: Et tu

das illis escam in tempore opportuno, Psal. 144.

aperis tu manum tuam, & imples o-

mne animal benedictione: illi (in-

quam) eidem Iosephus manum

suam aperiret, vt paterno mu-

neri fungens, alimentum omni-

um creatori persæpè porrigeret.

D. Iosephus circumciso infantulo S.S.

nomen IESV imponit.

C A P V T VII.

I 4 Quod

Gen. 2.

Psal. 146.

Magna dignitas Iosephi ex impositione SS. nominis IESV

QVod si grandis Adami pro-
toparentis nostri dignitas olim est habita, quod nomina animantibus imposuerit: *quod vocavit Adam ipsum est nomen eius;* absque vlla comparatione maior erit Iosephi dignitas, quod nomen imposuerit non creaturæ, sed creatori, tanquam proprium Dei. Refert regius Vates, quòd Deus stellas numeret, & eis nomen imponat: *Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.* Aliquid tamen isto excellentius Deus ipse Iosepho communicavit, dum non stellis, sed ei, qui numerat stellarum multitudinem; non astris, sed ei, qui nomen illis imposuit, ipse nomen imponat. Iosephus itaq; meritò patris IESV nomen meretur, quia patrinus eius fuit; manifestum est enim, patrinum patrem appellari, immò quandã spiri-

spiritualis paternitatis dignitatem cōtrahere; Iosephum enim in Circumcisione Christi (quæ tunc instar baptismi erat) patrini eius fuisse non obscure constat; quia, vt D. Hieronymus ait, minister fuit illius circumcisionis; vel, si non fuit, ex diuino tamen oraculo nomen IESV illi imposuit, vt docent D. Bernardus, & Ephræm Syrus, ex illo: *Pariet filium, & vocabis nomen eius IESVM*: Certè ex scriptura sacra satis apertè colligitur nullum fuisse designatum circumcisionis ministrum, sed vel patrem solitum filium circumcidere, vel matrem, vel quemuis alium, vt notat Abulensis super Iosue. De patre constat Genesis 17. *Tulit Abraham Ismael filium suum, & omnes vernaculos domus sue, vniuersosq; quos emerat, cunctosq; mares ex omnibus viris domus sue, & circumcidit*

*Hier. tex. 4
opus. p. 1.*

*Ber. ser. 1.
de circum.
Ephr. Syr.
orat. de
transfig.
Dom.*

Quis olim
circumci-
sionis mi-
nister?

Abul. c. 8.

dit carnem præbuit eorum statim in ipsa die. Et cap. 21. Vocauitq; Abraham nomen filij sui Isaac, & circumcidit eum octauo die, sicut præceperat ei Deus. De matre etiam patet Exodi 4. & 1. Machab. 1. vbi legimus à multis matribus proprios filios impunè fuisse circumcisos. Et quamuis circumcissione existente in veteri lege præstantissimo omnium sacramento, videri possit, eius administratiõnem ad sacerdotes pertinuisse; nullus tamen in sacris literis locus est, qui nos id cogat asserere; vnde non conuenit, vt à nobis hæc necessitas certi ministri præcepto circumcissionis imponatur. Hieronymus in paruulo quodam tractatu, & doctissimus Optatus Maximus, quos pleriq; recentiores sequuntur, censent Christum à Iosepho circumcissum: Bernardum verò putasse, sanctissi-

*Hier. eo. 4.
Iosephum
Christum
circumci-
dise.*

sanctissimam Virginem hoc fun-
 ctam officio, contendunt non-
 nulli, eò quod dicat: *Virgo Chri-* *Ber. ser. de*
stum genuit, lactavit, & octauâ die circumcis.
circumcidit. Itaque sicut olim Se-
 phora non timuit filium suum
 circumcidere, quemadmodum
 in Exodo narratur, vt præcepto *Exod. 4.*
 Dei satisfaceret; sic etiam Virgò
 sacratissima multò minus ex-
 horruit Filium suum circumci-
 dere, quem etiam sacrificare non
 dubitasset, si Deusei, vt olim
 Abrahamo, id præcepisset. Nec
 desunt Auctores, qui censeant à
 matribus maiori ex parte solitos
 circumcidi filios, quoniam cum
 naturâ piæ, & animo teneriores
 sint, circumcisionem quo blan-
 dius & suavius poterant, admi-
 nistrabant, ressecantes tantulam
 particulam, quantula satis esset
 ad ritus, & legis satisfactionem.
 Id autem non dubium est, à Vir-
 gine

gine præstitum, quæ filij sui illam particulam, tanquam sacratissimicorporis Christi reliquias pretiosissimas semper asseruauit. Verum, si ille qui circumcidebat, nomen imponebat, Iosephus imposuit infanti nomen, quod dictum fuit Mariæ ab Angelo, priusquam in vtero conciperetur, ergò Iosephus ipse circumcidit puerum.

De loco
circumci-
sionis.

Epiph. bar.

19 §.2.

Hilar. Ps.

118.

Nic. lib. 1.

hist. c. 12.

Quæres autem vbi nam illum circumciderit? Respondet S. Epiphanius, dicens: *Natus est in Bethleem, circumcisus in spelunca, oblatus in Ierusalem*, Hilarius autem in templo id factum esse contendit. Nicephorus verò: *Circumcitur in Bethlehem, in domo Iosephi; & ibi nomen IESU accipit*. Mihi magis placet Epiphaniij sententia; parentes enim infantem non deferrebant in templum vsque ad diem, quo mater purificabatur, neque

neque ipsa templum ingredi poterat, donec purificationis tempus aduenisset. Mater autem Christi diligentissima fuit legis obseruatric, quæ cum circumcisi-
 sioni interfuerit, vt Patres communiter sentiunt, euidenti colligimus consequentiâ, non in templo, neque in domo Iosephi, quam nullam in Bethlehem habebat, nam ad eam statim ab aduentu suo diuertisset, sed vt verisimilius censet Epiphanius, in speluncâ, vbi natus erat, factam Christi circumcisi-
 onem. His præmissis historiam D. Iosephi ita prosequimur.

Die octauo à natiuitate, qui
 Dominicus erat, Calendis ipsis
 Ianuarij, cum vicini & cognati,
 more gentis conuenissent ad cir-
 cumcisi-
 onem pueri, in eâ ipsa
 spelunca, quâ in lucē editus fue-
 rat, circumcidit eum Iosephus,
 &

Quo ritu
 circumci-
 sus Chri-
 stus.

Nomen IESVS
SV Rom:
tabulis a-
scriptum.

Oros. lib. 6.
cap. 22.

& imposuit illi nomen IESVS;
quod ab Angelo Mariæ dictum
fuerat, priusquam in utero con-
ciperetur. At tunc demum in-
fantis nomen cum Mariæ & Iosephi,
iuxta Cæsaris edictum, in
publicis Romanorum tabulis,
per soluto censu, descriptum est,
quo Romanus civis efficeretur,
ut præter cæteros clarissimè re-
statatur Paulus Orosius ita scribens:
*Eodem anno tunc primum idem Cæsar,
quem his tantis mysterijs prædestina-
verat Deus, censum agi singularum
ubiq; provinciarum; & censerent omnes
homines iussit, quando & Deus homo
videri, & esse dignatus est. Tunc igitur
natus est Christus Romano censui
statim ascriptus, ut natus est. Hæc est
illa prima, clarissimaq; professio, qua
Cæsarem omnium principem; Roma-
nosq; dominos rerum sigillatim, cuncto-
rum hominum editâ descriptione signa-
vit, in quâ se, & ipse, qui cunctos ho-*
mine

mines fecit, inueniri hominem, a scri-
 biq; inter homines voluit. Quod num-
 quam penitus ab orbe condito, atq; ab
 exordio generis humani in hunc modum,
 ne Babylonio quidem, vel Macedonio,
 ut non dicam minori cuiq; regno con-
 cessum fuit. Nec dubiumquin omni-
 um cognitioni fidei, inspectioniq; pate-
 at, quod Dominus noster IESVS Chri-
 stus hanc urbem nutu suo auctam, de-
 fensamq; in hunc rerum apicem proue-
 xerit, cuius potissime voluit esse cum
 venit, dicendus utiq; ciuis Romanus
 census professione Romani. Idem ali-
 bi: Postquam Redemptor mundi Do-
 minus Iesus Christus venit in terras,
 & Caesaris census ciuis Romanus ascri-
 ptus est, dum per duodecim, ut dixi,
 annos clausæ belli portæ beatissima pa-
 cis tranquillitate cohibentur, Cajum
 nepotem suum Caesar Augustus dordi-
 dinandas Aegypti, Syriæq; prouincias
 misit.

Idem lib. 7
 cap. 3.

K D. Ioseph-